contra autem uigilantem et diligentem ipsam Cos.^eam
M.^tem. cum igitur hunc scopum ea protestatio tibi pro-
ponet, argumenta omnia, quibus uiam ad Sanc
conclusionem firmandam tibi munire contendis, eius
quidem generis sunt, quæ maximè uidentur S.M.^tis
pietatem, et studium erga Ecclesiam declarare, præsque
uerò in procuratione celebrationis generalis Concilij,
quod præcipuum remedium rebus ecclesiæ afflictis
et perturbatis semper est iudicatum. quæ omnia
si abs te Soe animo prolata fuissent, ut Cæsaris tan-
tum pietatem testatiorem relinqueres, ne opus qui-
dem esset Sic alia responsione præter gratulationem
apud ipsam Ecclesiam, et gratiarum actionem apud
diuinam bonitatem, qua tali animo præditum Im-
peratorem Ecclesiæ dederit: negs enim S. S. Cæs-
ris uirtutes obscurari cupit, ut sua illustrentur,
quod esset inuidi; nec minores uideri eas deside-
rare potest, pro quibus augendis preces unà
cum ecclesia quotidie fundit. Sed quoniam tu
in hac tua aserta protestatione quo magis uir-
tutes Cæsaris illustras, Soe magis obscuras pia
S.^bis eius studia, et eiusdem negligentiam in
rebus ecclesiæ testationem reddere existimasti;
Ideo huic parti quæ prima est protestationis tuæ,

in qua



in qua Cæsaris studium excellis in procurandis rebus
ecclesiæ, maximè autem frequenti postulatione
generalis Concilij primùm apud felicis recordationis
Pontifices Leonem, et Clementem; tandem autem
apud S. S.^tem: sic respondet S. S.^tas Si Cæsaris ani-
mus fuit iste, si Soe eius desiderium, ut Concilium
generale celebraretur; cómune quidem Soe desi-
derium fuisse S.^ti Sua cum illius M.^te, sic uerò cómune,
ut S.^bis eius uoluntas hac in re, quemadmodum
illi ætate, sic tempore fuit antiquior, quam eam-
dem fuisse etiam ante Pontificatum adeptum sic
declarauit, ut nullas ex Soe sacro collegio fre-
quentius ea de re cum ijsdem Pontificibus egerit:
idq3 testimonio ipsius sacri Collegij præsertim
eorum, qui tunc in cardinalium numerum asciti
fuerunt. negs uerò inanem Sanc eius uoluntatem
fuisse, sed sinceram negs stabilem satis Pontifex
statim declarauit, cum nulla de re prius apud Prin-
cipes quàm de celebratione Concilij egerit: simul ac
autem ei uel minima occasio eius celebrandi est oblata
id indixit; Primùm quidem Mantuæ, ut tu D. Orator
rectè commemoras; deinde Vincentiæ, quibus in locis
si res ex uoluntate S.^bis suæ non successit, quòd
Mantuæ ferè nulli, Vincentiæ uerò pauci Prælati